



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati
Caesarei, Pars Lyrica**

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

In D. Franc. Salesivm Hymnvs. Ode XXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

Noctis signa resoluet
Tortorum artibus ignum.
Illic flore vias, & Babylonij
Cernes, quā graderis, diuitijs domos
Arridere curuli,
Occentantibus vndique
Centeno ore tubis. Tunc, bone Galliae
Custos, tunc &, iō Lusiadūm pugil,
Fas audire, triumphē,
Quouis vrbis ab angulo.
Quid mirum, grauibus par vbi Gallia
Sensit consilijs pectus ; & alito
Rixam finiet albā
Hæres verus Vlysseli?
Librat sceptrā Deus lance superbiæ
Plerumquē : ac tenuem sāpē potentior,
Vt balæna filuros,
Absorbet : celeri tamēn
Sors hunc, si libeat, restituit vice, &
Tantundem trutinam pendet in alteram
Multos perditus annos
Rex uno eminuit die.
Regem plebis amor, non dolus efficit,
Non vis . Herba malis est patientia ;
Cui nec Phasis amatrix,
Nec Circe similem leget.

IN D: FRANC: SALESIVM HYMNVS.

ODE XXIV.

Laetâ Franciscos capit usque cines
Aula cœlestis . Micuere magna
Nomen & fidus , nec inane cuiquam
Rite precanti :
Siuè ferratas Nomadum catenas ,
Siuè palleret rabiem Charybdis
Naufragæ , vel quæ mala luctuosus
Astruit orbis , Tu-

Tuquè stellato generosus axe
Suplices audi, releuaquè fessos
DIVE ; si nomen benè prætulisti,
Si benè sidus .

O, iuves cunctos dubijs periclis :
O, regas falsos Cynosura passus :
More jam noto tibi, dum caduca
Vita manebat .

Nam quis horrendæ fera bella nescit
Viperæ, ad ripas olidi Lemani ?
Quale non monstrum genitrix creavit
Lerna draconum .

Herculis certâ vice fabulosi
Belluam vindex tutudit SALESVS :
Turba iam defit capitum, furorquè
Mitiùs ardet .

Sic gregem pastor tenerum Gebennæ
Fixit in tuto . Volat inde circum
Gallia tractus, utriusque portans
Signa salutis .

Languidum his corpus, medico stupens ,
Gliscit accessu ; vitiosus illos
Deserit mentis status ; alba cunctis
Stella resulfit .

Ordines at nunc speciosus heros
Inter acceptus Superum beatos ,
Iure subiectam potiore terram
Cernet amicè .

Cernet antiquos placidus clientes ,
Nec nouis vultum renuet serenum ;
Rebus aduersis opifer, secundis
Tutor & auspex .

Fac ita : oramus, venerande Præful ,
Corde deuoto, genibusquè curuis :
Fac ita : exemploquè doce trahenti
Carpe Olympum .

Si tibi, sacrâ redeunte luce ,
Hostiam festas niueam per aras

Romæ

Roma dissoluit, liquidoquè templum
Halat odore.

Nos Deo semper resonemus vni,
Gloriam Patri, Soboliquè laudem,
Flamini Sancto decus, hinc in omne
Temporis ævum.

FLAVIO CARD. CHISIO.

Romanæ tutelam Academiæ ipsi à patruo, Sum. Pone,
commendatam SAPIENTIA (id enim gymnasio no-
men est) immortaliter gaudens gratulatur.

ODB XXXV.

Romanus merito cùm Pater adderet
Post ostrina Tyri vellera FLAVIO
Docti regna Lycei;
Centum plausibus artium
De cœlo resonis, vox SAPIENTIAE
Audita est iuueni. Macetè nouis, noue
Rex, virtutibus esto,
Et factis patruum refer.
Non Cyri studio, aut Herculis indoli
Posthac inuidas: te vitij via
Nunquam flexit inertem,
Tu clarum sequeris decus.
His altum gradibus iam Capitolium,
His quondam rutilum moribus æthera
Scandes victor, amantum
Inter vota Quiritium.
At serò! genibus numina flagitant
Curuis: ô potius tutor ames diū
Cum Pastore supremo
Spectari cupidi gregis:
Hic, hic sollicito ut Mercurij iubar
Affulge populo: Sol micat aureus;
Currum Solis at ille
Indivisus agit comes:

Ma-